



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 95. Sessio sequens ad decimam septimam Septembris diem indicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

„bitis temporibus populo publicandas
 „esse decernit. Quibus etiam eleemo-
 „synas, atque oblata sibi charitatis sub-
 „sidia, nulla prorsus mercede accepta,
 „fideliter colligendi facultas datur: ut
 „tandem cœlestes hos Ecclesiæ thesau-
 „ros, non ad quæstum, sed ad pietatem
 „exerceri omnes vere intelligent. „

§. XCV.

*Sessio sequens ad decimam septimam
Septembbris diem indidæ.*

Denique ad Sessionis finem proxima
 indicebatur ad diem decimam se-
 ptimam Septembbris, hancque in rem
 sequens prælegebatur decretum: „Ea-
 „dem sacrosancta Oecumenica, & Ge-
 „neralis Tridentina Synodus, in Spi-
 „tu Sancto legitime congregata, præsi-
 „dentibus in ea eisdem Apostolicæ Se-
 „dis Legatis, statuit, & decrevit, pro-
 „ximam futuram Sessionem habendam,
 „& celebrandam esse feria quinta post
 „octavam festi Nativitatis beatæ Mariæ
 „Virginis, quæ erit decima septima
 „Mensis Septembbris proxime futuri:
 „hoc tamen adjecto, quod dictum ter-
 „minum, ac unicuique Sessioni in po-
 „sterum præfigendum, ipsa Sancta Sy-
 „nodus pro ejus arbitrio, & voluntate,
 „sicuti rebus Concilii putaverit expe-
 „dire, etiam in generali Congregatione,

O 3

„restrin-

Sæcul. XVI. „restringere, & prorogare libere possit,
A.C. 1562. „& valeat. „

Hanc inductionem omnes Synodi Patres ratam habebant, respondentes:
Placet.

§. XCVI.

*Quorumdam Patrum sententiaæ circa
hæc doctrinæ decreta.*

Pallav. c. II. **n. 21.** **H**æc doctrinæ decreta publice perle-

cta a Legatis Cardinalibus fuere approbata, ac nonnisi Legatus Hosius Warmiensis Episcopus, necnon Ælius Patriarcha Jerosolymitanus hanc rem in Pontificis judicio reposuerunt, declarantes: *Si placebit sanctissimo Domino nostro, nobis quoque placebit: Stella autem Justinopolitanus Episcopus ea verba, quæ ex sexto S. Joannis capite desumpta, atque ad Granatensis Episcopi nutum adjecta fuere, neutiquam comprobabat, & cum eo convenerunt Didacus de Leon Carmelita, Episcopus Colombriensis, & Joannes Munitones Ordinis S. Augustini Episcopus Segoviensis: insuper eidem Stellæ non placuit ratio, capite quarto allata, de neganda infantibus Eucharistia, sed pertinet, ut ejus loco altera apponatur,*

Sarp. p. 533. **n. 31.** **quam ipse Apostolicam nominabat, qua-**
Pallav. c. II. **n. 31.** **fi desumptam ab Apostoli mandato, probet seipsum homo.**

Deni-

